

M. VALERII
MARTIALIS
EPIGRAMMATVM
LIBRI XIV.

DOMITII CALDERINI. *Commentarijs perpetuis, &
GEORGII MERYLE observationibus, illustrati.*

Eiusdem MARY. *Epigrammata selecta. Græcè expressa à FED.
MORELLO Prof. & Interpr. Reg. cum notationibus.
THEODORI MARCII Commentarius recentatus & auctus
ad Amphitheatrum.*


DESIDERII HERALDI *Animaduersiones ad XII. libros.
NICOLAI RIGALYII Notæ aliquot ad libb. XIV.*

*Ad hæc, Scholia HAD. IVNII, THEOD. PULMANNI, &
CHR. COLEMANI: Apposita varietate lectionum ad oram librij.*

*Cum Indice omnium verborum IOSEPHI LANGII Casaremont.
& alijs indicibus locupletissimis in singulos Commentarios.*



Dⁿo 435.



PARISIIS, Apud BARTHOL. MACÆVM, in monte D.
Hilarij, sub scuto Britannia. M. DCI.

CUM PRIVILEGIO REGIS AD X. ANNOS.

pres : nam si ad Laureatum mimum hæc referuntur, vt testimonio Suetonij probare nititur, & ita esse nos sentimus. Dicat rogo, quo pacto tragœdia potuit esse, cum Mimus, vt Grammatici tradunt, à tragœdia plurimum differat? Sed magis insanit dicendo Næuium scripsisse Laureolum & Leontem in carcere, cum in noctibus atticis legatur, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Laureolum & Leontem, nihilque res Neni enarrationem hanc iuuet. Sed vt à nobis dictum est in illud Iuuenalis: *Laureolum velox etiam benè Lentulus egit, iudice me dignus vera cruce.* Iosephus Iudæus necem Caligulæ scribens, mimū, quem Laureatum Tranquilus appellat, iudicem ait fuisse Laureolum, qui cruci suffixus fuit. De quo facto mimus confectus est, crebrò in theatris representatus, & possimūm sub mortem Caligulæ.

De Dædalo, VIII.

*Dædale Lucano cum sic lacereris ab vrso,
Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas.*

D O M I T I V S.

Dædale Luc.) Hic Dædalus obiectus fuit feris & laniatus, alludens ad nomen poëta ait Dædalum nunc optasse habere pennas, vt fabulæ finxerunt Dædalum habuisse. Nam Dædalus Mitionis filius fuit Atheniensis, præclarus architectura, & statuaria: Talum sororis filium interfecit inuidia ingenij, quoniam inuenerat figuli rotam, & ferram, damnatus ab Areopagitis, dicitur alis euolasse in Cretam, inde δαΐδαλος ingeniosus. *Lucano vrso*) Ex Lucania vrsi mittebantur in theatrum, vt Var. scribit feritate magnitudine insignes.

De Rhinocerote. IX.

*Præstitit exhibitus tota tibi Cæsar, arena,
Que non promisit prælia, rhinoceros.
O quam terribiles exarsit pronus in iras!
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?*

D O M I T I V S.

Præstitit exhib) Rhinocerotem primus ostendit in spectaculis Pompe. Rhinoceros.
tūm Augu. Domit. animal est buxei coloris, inimicum elephanto, cuius aluum elimato cornu petit in pugna, nuper fuerat in theatro, & diu stupens ad pugnam, non poterat irritari, quòd agrè ferebat Domit. tandem facto impetu in taurum, illum non secus extulit in altū, quàm

b. ij.

Exhibitus.

Pila.

si fuisset pila. *Exhibitus*] Datus in spectaculū: nam exhibere, est in spectaculū dare. *Quæ non prom. pr. rhinoceros*] Vel quia tūm pugnatat cūm elephanto: nunc autem cūm tauro pugnavit, vel quoniā non videbat posse irritari in pugna, quod placet. *Pronus*] Inclinato cornu, quod habet in naribus. *Cui pila taurus er.*) Pilæ dicebantur vestes in globum & speciem pilæ collectæ, quæ obijciebantur cornibus taurorum, vt irritarentur. Rudis antiquitas homines è stramine formabat ad id opus, teste *Pediano*, postea luxus in tantūm auctus est, vt vestes purpureæ obijcerentur. *Quidius*: *Haud secus exarsit, quàm circo taurus aperto: Cūm sua terribili petit irritamina cornu, Phœnicias vestes, elusæque vulnera sentit.* Iocans igitur poëta ait taurum, cui pilæ solent obijci: nunc fuisse pilam Rhinoc.

De leone qui gubernatorem offendit. X.

*Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum,
Ausus tam notas contemcrare manus:
Sed dignas tanto persoluit crimine poenas,
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.
Quos decet esse hominum tali sub principe mores?
Qui iubet ingenium mitius esse feris.*

D O M I T I V S.

Læserat ingrato leo) Mansuetus factus ductus est in theatrum: reuersus in pristinam feritatem laceravit magistrum. *Iussu Domit.* telis confossus est: laudatur princeps, quòd humanos mores nō modò velit esse in homine, sed etiam in fera. *Contemcrare*) Violare. *Tam notas manus*) i. familiares. *Tulit tela*) i. passus est tela, quia confossus fuit telis, iussu Domit. quòd magistrum violauerit. *Quos*) Quales. i. mitissimos, cūm velit feras habere. *Mitius ingenium*) i. mores humanos.

De Vrsu. XI:

*Præceps sanguinea dum se rotat vrsus arena,
* Implicitam perdidit ille fugam.
Splendida iam tecto cessent venabula ferro,
Nec volet excussa lancea torta manu.
Deprendat vacuo venator in aëre prædam,
Sic captare feras aucupis arte placet.*

* Implicitus.

D O M I T I V S.

Præceps sanguinea] nouitate venationis oblectatus est Domit. captis

phum, ipse ductis manibus in partes dissidentes, promisit duo. Non potuit] inquit poeta, *melius finire litem iocosam*] quam tanta liberalitate, & magnificentia. alibi de Myrino: *nuper cum Myrino potiretur Missino lesa.*

G E O R G I V S.

Myrinum.] miror Myrinum gladiatoris nomen ab hoc exponi: & eo magis, cum testem nullum afferat. Relinquit præterea senarium, quo epig. festiuè claudit, intactum.

Ad Cæsarem. XXI.

Quidquid in Orphæo Rhodope spectasse theatro:

Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi.

Reperunt scopuli, mirandæque sylua cucurrit,

Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.

Affuit immixtum pecudum genus omne ferarum,

Et supra vatem multa pependit avis.

Ipsæ sed ingrato iacuit laceratus ab urso,

Hæc tamen ut res est facta, ita ficta alia est.

D O M I T I V S.

Quicquid in Orphæo,) recitata est Orphei tragœdia, ut supra Laureolus, ita ut damnatus representaret personam Orphei: qui dicitur laceratus fuisse Ciconum mulierum manibus. Describit actionem huius tragœdiæ poeta: & ita ait veram fuisse laniationem in eo, qui nuper representavit personam Orphei, ut de Orphæo fictum est. Orpheum scripsit etiam Lucanus. de quo Papinius in Nerone. *Et noster tibi præferetur orpheus. Exhibuit.*) representavit. *Rhodope:*] Thraciæ mons. *Miranda sylua:*) id est pulcherrima. vel miranda, quod artificio veniret ipse: qui sub persona Orphei erat. *Ingrato urso.*) quia eius cantu non lenitus est. *Hæc res*) de hoc Orphæo, ita ut vera est. ita ficta alia.

De Rhinocerote. XXII.

Sollicitant pauidi dum rhinoceros magistri,

Sèque diu magnæ colligit ira feræ:

Desperabantur promissi prælia Martis:

Sed tamen is rediit cognitus antè furor.

Namque grauem gemino cornu sic extulit ursum,*

Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

D O M I T I V S.

sollicitant) de Rhinocerote, & urso. *Dum ira feræ colligit se,*) id est, dum

¶ *Pecori genus.*
Non ut vulgò,
pecudum genus.
Cōtraria enim
sunt pecora & fe-
ra: hocque de
immitibus &
immanuetis,
illud de cicuri-
bus intelligen-
dū, ut vult Ca-
sius lib. 2. ad le.
Aquil.

* *Quin hoc lo-
co Vrum legē-
dum sit, dedu-
cto literæ S, in-
cremēto, nihil
ambigo cum
Iano Douza
meo. q. tauri
feri genus est,
magnitudine
paulo infra E-
lephantum, te-
stimonio Cæsa-
ris: ut dicat, V-
rum, quamuis*

inflammabantur. *Desperabantur praelia.*) à magistris, quia non sperabant posse irriteri ad pugnam Rhinocerotem. *Gemino ictu.*) i. forti & vehementi. Virgi. *Gemino dentalia dorso.*) vel quoniam rhinoceros habet duo cornua: vt apud Pausaniam solum legi: quorum alterum insigni magnitudine ex naribus extat: alterum supernè erumpit, exiguum quidem, sed validissimum.

gemino, neque ingenti cornu munitum, à Rhinocero, cui vnum est in naso non magnum, facile confectum atque elatum fuisse, tanto maiore miraculo.

De Carpophoro. XXIII.

† *Dorica quàm certo venabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori.
Ille tulit geminos facili ceruice iuuenos.
Illi cessit atrox bubalus atque * bison:
Hunc leo cùm fugeret præcepit in tela cucurrit:
I nunc, & lentas corripe turba moras.*

† Vide Turne. lib. 17. cap. 2.
* Vide Plin. l. 8. c. 15. Pausan. in Phoc. Oppian. l. 2. Cyneget.

DOMITIUS.

Dorica,) Laudatur Carpophorus, quòd ita stantes feras superauerit: vt nuper leo perterrefactus eius dexteram fugiens, coniecerit se in venabula aliorum potius, quàm voluerit eum expectare. *Dorica*) Dorienses Althemene duce in Cretam venerunt per tempora Troiana: & conderunt. x. vrbes. Tertium genus hominum fuit: qui Cretam habitarunt: vnde Creteses Dorici. *Dorica ve.*) i. sagittas Creteses: nam è Creta optimi calami ad sagittarum vsum. *Te. Car.*) i. adhuc iuuenis. *Facili:*) facile succisa. *Bison*) animal quod mittit Germania, deforme quidem prolixitate iubarum, & reliquo corpore, sed ferum. *Bubalus.*) Vtrumque intelligit. nam ex Hercynia sylua mittuntur vtri, specie & colore similes bobus, magna velocitate, & magnitudine paulo infra elephantum. neque homini, neque feræ inspecte parcunt, foueis capiuntur, ijdem bubali dicuntur, quamuis Plin. accuset imperitum vulgus: quòd bubalos appellet: cùm in Africa vtri reperiatur: aut nulla, aut exigua similitudine cum bobus. *Corripe*) tolle lentas moras. *Turba*) spectatores consueverunt pugnantem feram plausu excitare ad fugam: monet eos Poëta nullum esse remedium feræ Carpophoro pugnantem. nam & stantem sternit: fugientem adeo perterret, vt ruat in tela aliorum.

Bison.
Bubalus.

Vras.

De naumachia Domitiani. XXIII.

*Si quis ades longis serus spectator ab oris,
Cui lux prima sacri muneris * ipsa fuit:
Ne te decipiat ratibus navalis Enyo,
Et par vnda fretis, hinc modò terra fuit.*

* Ista nò inscite Ianus Douza legendum hariolatur, vt sensus sit: qui ante hunc diem in vrbe non fuisti.